

Tours Ergänzung 2 (lat)

INCIPIUNT RELATI

¹Quociens quippe causa ministrantes naufragium evenit destitutio cartarum, quod hoc publicis auribus est intuendum, ut qualitorum corumpiam, qui in dispositionibus eveniens, occasionibus non debui modolari.

Ob hoc igitur occasum aut eveniente contigit, ut domus **illius** infra urbe, in villa nuncupante **illa**, a malis hominibus ad incendium fuisset concremata, de qua re inter reliquas res meas dispendium, et instrumenta, unde praesenti tempore mea possessio esse videtur, tam vendiciones, adfiliaciones cuius^a commutationes^b vel qualibet instrumenta cartarum a me noscitur pervenisse, ibidem infra ipsum domum fuerunt conbursas. Ideo supplico te, vir apostolicae, civitatis **illius** pontifex, domne episcopo, cum tuis venerabilibus abbatibus vel vos, qui de parte publica curam vel sollicitudinem habendi positi estis, ut, si se dederit usus causandi adversariorum inimicorum meorum intra di[e]m^c et vestris intercedentibus verbis dominicis auribus intueantur, ut per suum regimine nostra in omnibus declaretur iusticia.

^acuius] iudicius *konjiziert Roz.*

^bcommutationes] commutationes *Zeus.*

^cdiem] *für dī Wa₁; Dei mit Verweiß auf die Lesart die Zeus.*

¹[*Zeus. Add. Tur. 7*]

